¶ Merula est auis satis nota / et est eius virtus mirabilis quia si penne ale dextre eius suspẽdantur in medio domus cũ filo rubeo ꝙ nunq̄ fuerit in vsu : nullus poterit dormire in illa domo donec deponatur. Et si cor ei⁹ ponatur sub capite dormientis et ab eo q̄ratur õnia dicet que fecerit alta voce Et iterum si in aqua putei ponatur cũ sanguine vppupe et cõmisceatur . postea vngãtur in̄ tẽpora alic⁹ statim infirmabitur vsq₃ ad mortem

Modus agendi omnium predictorum vt effectus bonus sit : et vtilis ē ꝙ fiat sub planeta beniuolo. vt ioue et venere Et in malo effectu sub planeta maliuolo . vt Saturno et marte Et hoc ē scil₃ diebus eorum et horis suis Si quis aũt hoc recte fecerit ꝓculdubio veritatem et vtilitatem et maximam efficatiam inueniet in predictis / sicut sepius vna cũ nostris fratribus temporib₃ nostris sum expertus et vidi Consideret hic igitur qui pre

dictorum copiam inueniet possidere vel dominum efficatiã et virtutem vtrum se habeant in effectu bono seu sui cõtrario: q bona sub beniuolo planeta experiãtur / et mala sub maliuolo. et inueniet quod dictum est. nam si in suis contrariis fierent vt bonus effectus in signo maliuolo vel ecõtra: impediretur virtus et effectus eius propter suum contrarium et sic bona et vera vilipenderẽtur Videmus enim q plurimos falli incertis ac veris qui si signorum vel tẽporum qualitates agnoscerent et custodirẽt in supradictis voluntatem cõsequerentur et effectum

¶ Videtur dicere Isidorus q dnis rane magne super se portatus ad sonas valde retinet fluxum menstruorum Et in probatione si ligetur ad collum galline non exibit sanguis ex ea vel ex alio aĩmali Item distemperat⁹ cũ aqua ex eo vngatur nõ amplius nascentur inde pili.

¶ Si quis enim cor canis in sinistra parte portauerit omnes canes obmutescent. Si quis oculum dextrum lupi ligauerit in manica dextra. homines neq canes ei nocere poterunt ꝛc.

¶ Et vt omnia que superius dicta sunt et etiam docentur inferius: qui astrorum peritiam non habent ad effectũ sui desiderii facilius possint accommodare Primo notabis q hora sumitur dupliciter videlicet equalis et inequalis Hora equalis est hora horologii que semper equalis existit. Inequalis aũt consideratur secũdum q dies maiorantur vel minorãtur. nã semp astrologi considerant tempus quo sol stat supra horisonta suum. et illud vocant diẽ vel arcuz diurnũ et viceuersa noctẽ Id ãt tẽpus qđ diem appellat in ptes diuidũt xii. equales q̃ sunt hore eiuscemodi diei et qđ quid de die dicitur de nocte opposito modo intelligas Et

vt clarius percipias: ponamus q sol emergat horisontem hora octaua horologii habem⁹ vsq ad occasum sedecim horas horologii quas multiplicemus per quadraginta p ut quadraginta sunt minuta cuiusq bore hrologii 7 habe mus noningenta sexaginta minuta: que diuidamus p duo decim · prout duodecim sunt hore diei applicando cuilibet hore suam portionē· et habebimus tunc octuaginta minu ta hore q̄libet ergo hora talis diei habebit octuaginta mi/ nuta que capient horam vnam et vnum tercium hore ho/ rologii et toto illo tempore cōsiderabitur dominum plane te illius hore quemadmodum infrascripta tabula demon/ strabit Quelibet hora sue noctis non habebit nisi quadra ginta minuta q sic de reliquis suo modo intelligas secūdū videlicet solis ortum supra terram · quia non ea hora q̄ me dia ē inter noctem et diem · dies dicitur · sed dies proprie in telligitur cum sol videri potest· Cū ergo voles cuiusq pla netarum dominium cōsiderare · nam vnaquaq hora qui/ libet planeta suum habet dominiū · horas ip̄as suprascrip to mō considerabis et sic poteris ad finem propositi perue nire Consideratur etiam diei inicium a prima hora prece/ dentis diei post meridiē sic diuidatur dies dominicus in du as partes equales / et sit duodecim horarum · diuide in du as Erit ergo hora decima octaua dimidium diei et prima hora sequens erit inicium diei lune·

¶ De astris et planetis rerum scias q dies dominicus ha bet astrum suum sub sole· Dies lune habet astrum suū sub luna· Dies martis habet astrum suum sub Marte· Dies Mercurii habet astrum suum sub Mercurio · Dies Jo/ uis habet astrum suum sub Joue · Dies veneris habet astrum suum sub Venere · Dies sabbati habet astrum

suum sub Saturno

¶ Nota q̄ omnis actus verus fieri debet sub suo planeta et melius ē si in proprio die illius planete et in ipsius hora propria · vt verbi gratia sub Saturno / vita / edificiū / doctrina / mutatio Sub ioue / honor / optatum diuitie / indumentum Sub marte / bellum / carcer / matrimonium / inimicus Sub sole / spes lucrum fortuna heres Sub venere amicus vel societas via amica peregrinus Sub Mercurio eger amissio debitum timor Sub luna pallacium somnuz mercatum furtum De horis dierum et noctium primo de horis dominice · hora eius prima sol · secūda venus · tercia mercurius · quarta luna · quinta saturnus · sexta iupiter septima mars · octaua sol · nona venus · decima mercurius vndecima luna · duodecima saturnus ·

¶ Noctis vero · prima eius hora iupiter Secūda mars · Tercia sol Quarta venus Quinta mercurius Sexta luna Septima saturnus Octaua iupiter Nona mars Decima sol Undecima venus Duodecima mercurius

¶ Diei Lune prima eius hora luna Scda saturnus Tercia iupiter Quarta mars Quinta sol Sexta venus Septima marcurius Octaua luna Nona saturnus Decima iupiter Undecima mars Duodecima sol ·

¶ Noctis vero prima eius hora venus Scda merturius Tercia luna Quarta saturn⁹ Quinta iupiter Sexta mars Septima sol Octaua venus Nona mercurius Decima luna Undecima saturnus Duodecima iupiter

¶ Diei martis · prima eius hora mars Secūda sol Tercia venus Quarta mercurius Quinta luna Sexta saturnus Septima iupiter Octaua mars Nona sol Decima venus Undecima mercurius Duodecima luna

¶ Noctis vero martis / prima ei⁹ hora Saturnus / secũda Jupiter / tercia mars / quarta sol / quinta venus / sexta mercurius / septima luna · octaua saturnus / nona iupiter decima mars / vndecima sol / duodecima venus

¶ Diei mercurii · prima eius hora mercurius · secũda luna · tercia satutnus · quarta iupiter · quinta mars · sexta sol septima venuc · octaua mercurius · nona luna · decima saturnus · vndecima iupiter · duodecima mars ·

¶ Noctis vero mercurii · prima eius hora sol · secũda venus · tercia mercurius · quarta luna · quinta saturnus · sexta iupiter · septima mars · octaua sol · nona ven⁹ · decima mercurius · vndecima luna · duodecima saturnus

¶ Diei iouis · prima eius hora iupiter · secũda mars · tercia sol · quarta venus · quinta mercurius · sexta luna · septima saturnus · octaua iupiter · nona mars · decima sol · vndecima venus · duodecima mercurius ·

¶ Noctis vero iouis · prima eius hora luna · secũda saturnus · tercia iupiter · quarta mars · quinta sol · sexta ven⁹ septima mercurius · octaua luna · nona saturn⁹ · decima iupiter · vndecima mars · duodecima sol ·

¶ Diei veneris · prima eius hora venus · secũda mercurius · tercia luna · quarta saturn⁹ · quinta iupiter · sexta mars septima sol · octaua venus · nona mercurius · decima luna vndecima saturnus · duodecima iupiter

¶ Noctis vero veneris · prima eius hora mars · secunda sol · tercia venus · quarta mercurius · quinta luna · sexta saturn⁹ · septima iupiter · octaua mars · nona sol · decima venus · vndecima mercurius · duodecima luna

¶ Diei sabbati · prima eius hora saturnus · secũda iupiter · tercia mars · quarta sol · quinta venus · sexta mercurius ·

septima luna · octaua saturn⁹ · nona iupiter · decima mars · vndecima sol · duodecima venus

¶ Noctis vero sabbati · prima eius hora mercurius · secū da luna · tercia saturnus · quarta iupiter · quinta mars · sexta sol · septima venus · octaua mercurius · nona luna · decima saturnus · vndecima iupiter · duodecima mars

¶ Et nota q̄ iupiter et venus boni sunt · saturn⁹ et mars mali · sol vero ⁊ luna mediocres · mercurius aūt cū bonis bonus et cum malis malus

¶ Expliciunt secreta aliqua Alberti magni de colonia super naturis virtutibus ⁊ efficatia herbarum lapidum et animalium quorūdam

¶ Eiusdem Alberti magni de mirabilibus mundi feliciter incipit.

Postq̃ſciuimus q̃ opus ſapientis eſt facere ceſſare mirabilia rerum que apparẽt in cõſpectu hominũ q̃uis varia q̃uis diuerſa et plurimũ admirãda non ceſſam⁹ inquirere ſcripta autorum donec ſufficiẽter appareret magna pars opm mirabiliũ / tãdem ãt occurrit nobis res vltime mirabilitatis et extraneitatis / apparẽtis tñ inſenſibilis omniũ hominũ fere et vulgarũ et ẽ ligatio hominum et ṽtutum ipõꝝ p incãtationes p caracteres per bñficia et ſermones et multa valde vilia q̃ penitus non videntur poſſibilia nec habentia cauſam ſufficientẽ. et cum diu ſollicitauerim animũ ſup hoc inuenimus ſermonẽ probabilem Auicenne ſexto naturaliũ / q̃ dum hominũ aiẽ inesset quedam virtus immutãdi res et q̃ res alie eẽñt obedientes ei qñ ipa fertur in magnũ amoris exceſſuꝫ aut odii aut alicuius talium Cũ igitur anima alic⁹ fertur in grandẽ exceſſum alic⁹ paſſionis inuenitur experimẽto manifeſto q̃ ipa ligat res et alterat ad idem q̃ deſiderat et diu non credidi illud Sꝫ poſtq̃ legi libros nigromãticos et libros imaginum et magicos inueni q̃ affectio aiẽ hõis eſt radix maxima omniũ harum rerum ſeu ꝑpter grãdem affectionẽ alteret ſuum corpus et alia que intendit ſiue ꝑpter dignitatẽ eius obediant ei res alie viliores ſeu cũ tali affectione exterminata cõcurrat hora cõueniens aut ordo celeſtis aut alia virtus que q̃uis faciat illud reputauimus tñ aiãm facere iã publicum et verificatũ ẽ q̃ ligationes hominũ incãtatiões et ꝑmotiones ad iram odiũ amiciciam detrimentũ et gaudium ſunt cõſequẽtes ad grãdes affectiones ⁊ tu vides vul

gus q̄ sm naturā fertur sup res q̄ timet hec ōnia et appetit bn̄dictiones maxime electarū et dignarū psonaꝝ et abhor ret maledictiones et blasphemias vetularū tanq̄ in eis sit v̄tus aut saltem cū eis aliq̄ mali virtus annexa qui ḡ vult scire hui⁹ rei secretū vt opetur illud et dissoluat sciat q̄ p̄t li gare omnis aiā que venit in grādem excessum ꝛ vltima tm̄ illius in tm̄ vt superet eos quos ligat ꝛ debet facere illud il la hora in qua inuadit eū ille excessus et cū illis rebus q̄s si bi tūc dictat aiā ipa em̄ cum sic ē auida rei quā vult opari ar ripit ex se sup horam maiorē et meliorē que ē sup res ma/ gis cōtinētes ad illud ligari āt possunt quicunq; min⁹ sunt inuicem feruidi in amore q̄ sit inuicem ligans eos in odio. Tūc em̄ aiā ligantis non pōt supuincere animū illoꝝ cum fortius trahant in cōtrarium q̄ ipa soluūt ḡ omnia hec illi qui sunt fortiores in cōtrario q̄ fuerit ligans eos / ꝛ hoc in illa hora in qua inuadit ipm̄ appetitus extraneus vt cū il/ lis rebus quas tūc dictat anim⁹ quia sp maior excessus ani moꝝ ligat et prohibet aliū minorem aut soluit. scim⁹ ergo ex hoc q̄ quidā ligari non pn̄t cū sint magis feruidi inuicē q̄ aliquis ꝯ eos. quidā aūt solui nō possunt cū sit eos ligā tis maximus excessus. quidā āt ligātur et soluūtur quia in ueniūtur quidā maximi excessus in ligādo quidā v̄o maxi mi in dissoluendo Et vniuersaliter ille ligat qui auidus ar det. ꝛ ille soluit qui fortius capit et intendit se in illud Fa/ ciunt ergo hoc cū his q̄ sibi dictat animus et tunc illa hora ad illos et tu nota istud ad ōnia maleficia dissoluenda simi liter facienda nullus aūt ē aptus in hoc nisi quē instigat ad hoc faciendū inclinatio naturalis aut aliquid vigens in eo vn̄ sunt magis apti ad hoc q̄ alii Et cum certificatū fuit no bis hoc scimus ex hoc sciām caracterū id ē et sermo ad effica

tiam ad ōnem rem q̄ vult homo et sunt ſm duos modos vno ſcilȝ iam dcō ſcȝ ſm affectionē animi opantis ipſius hore in qua fiunt et ipſius v̄tutis celeſtis q̄ tunc eſt de neceſſitate habent efficatiam ad ſimilitudinem animi et mouēt ad illud quod animus deſiderat ſuum ergo caracter id ē ſermones et ōnia iuuātia opus aiē· ipa que anim⁹ in illa hora q̄ fortius illa appetit dicta fieri ·quicquid āt igitur dictat animus fortiſſime amātis in illa hora de loquelis de caracteris id ē habens efficatiam ad illud / ſimiliter quicquid inſtigat anim⁹ ferociter odientis in illa hora ſiue cū cōſilio ⁊ deliberatione ē habens efficatiam deſtructionis et diſcordie ⁊ acquirit illud ad omnia faciētis ſeu ab hora ſiue a ſigno celeſti illius hore ·quia penitus omnis hora in qua tractatur alicui malum eſt illi mala et nociua / ⁊ q̄ fit in ea fit contra ipm offendit eū et ecōtra in bonis Et tu nota iſtud pro grā di ſecreto omniū que voles agere ⁊ pro te et pro aliis Omnia enim ſup que arripit animus inebriatus / deſtitutio rei ſunt acquirentia ad illud ſcdm deſideria aiē opantis Et ſecūdum hoc ē artificium caracterum / hi ſermonū v̄tuoſum mirabilium / et iſte ē modus in quo inuēta ē efficatia ipoꝝ omniū Mens em̄ affectat grandi d̄ſiderio ſicut arripitur ſuper multiplices ſermones colores et geſtus· et ſic ſuper caracteres et figuras diuiſas·

¶ Vn̄ nec ad idem inueniūtur ſimiles oēs caracteres ſecūdum diuerſam affectionem faciētū eas et ideo parum aut nihil niſi autori earum aut ei qui iam incipit inebriari in illo ac ſi eēt actor illoꝝ ꝓſunt aut ſaltem niſi ſcribatur ſuper eis intentio opatoris ipoꝝ Secūdus vero mod⁹ caracteꝝ et intendens ſecūdum viam naturalē et probabilem et habet quādam ſimilitudinem cū eo / et quod querit opas / vt

si velit amorem facit figuras amplectentes seinuicē immix/
tas aspicientes se / humiliantes se / inuicem applicatas sicut
aiā desiderat res applicari et vniri per amorem Et si desi/
derat odium per eas facit ipās aduertētes seinuicem dispa/
res / dissolutas in cōtrarium trahētes quia sp ipē correspō
det intentioni opantis eas cuius sunt effigies et vestigia a/
nime et sic anima que est magis desiderās rem ipā facit eas
magis efficaces et magis habentes similitudinem eius qd
querit nā scientia est factio caracteris Sunt enī hi male de
articulate / hi vero sunt caracteres bñ cōplete et dearticula
te vñ virtuosiores sunt et magis scientiales atqꝫ rōnales sꝫ
hi caracteres Similiter est opatio in omnibus q̄ desiderat
anima forti desiderio Omnia enī que tunc agit illud inten
dens mouent et efficatiam habent ad id quod aiā deside/
rat Et secūdum hoc verificātur experimenta multa autoꝝ
qui cū audiūtur reputātur incredibilia omnino / cum tñ sci
entia sit certissima qꝫ nulli philosophoꝝ quoꝝ intētio erat
indifferēter ꝓpria laus et bona fama fuit volūtas scribendi
rē tante falsitatis quāte esset illud quod inuenitur in libris
suis si veritatem non haberet quod dicūt potius vitupera
tionem videretur intendere q̄ꝫ bonam famā. Et manifeste
videmus qꝫ nullus etiā ignorās scribit libenter rem mani/
feste falsitatis Et cum ipi eēnt philosophi et grandis inue/
stigationis et nulla necessitas cogeret eos quō scripta pos/
sunt eē ita manifeste falsa vt multis videtur in quoꝝ aiām
non potest cadere In his talibus aliquid virtutis non pt
existere. quia non potentes videre causam negant sensibilē
effectum cū esset materia ad fiendum scꝫ quia videntes effec
tum eēt inquirenda causa Et hoc ē quod mendicaui in diu
sis tractatulis Hii caracteres et sermonū ꝑticulares autēꝫ

caracteres & Hii sermones ad vnūquodq3 fiendū aut destru
endum ex libris diuersis aggregabo inferius / tu vero ex
his habes viam ad totam hanc excogitationem.

P Ostq̄ aūt a philosophis certificatū et demonstra/
stratū ē q̄ vniūse spēs rerum mouēt et inclināt ad
seipās: qm̄ postq̄ in eis virtus actiua rationabi/
lis ē quā agant et moueant tā ad seipās q̄ ad alias ⁊ ignis
mouet ad ignem et aqua ad aquam. Etiam dicit auicenna
q̄ cum aliquis stat in sale diu: fit sal. Et si quid enim stat in
loco fetido hoc etiā fit fetidū Et etiam si aliquid stat cū au/
dace fit audax Et si quid stat cū timido fit etiam timid⁹ Et
si etiam aliquod animal stat cū hōib3 fit humanū et dome
sticum Et generaliter verificatū ē eis rōne et expimento q̄
omnis natura mouet ad suā spēm et fit eoꝝ verificatio no/
ta in qualitatibus p̄mis et similiter in secundis et fuit idē in
tertiis et in omnibus dispōnib3 nihil quod nō moueat ad
seipm̄ secūdum totū posse suū et hoc fuit radix et principiu3
secūdum opm secretoꝝ ⁊ tu nō auertas oculos tue mētis

P Ostq̄ fuit infitū mentibus philosophoꝝ istud et
ipi inuenerūt dispositiones entiū naturaliu3 quia
certe sciuerūt q̄ quibusdā entib3 ē insita grādis ca
liditas / quibusdā grādis frigiditas: quibusdā cū hoc grā/
dis audacia / quibusdā grandis iracūdia / quibusdā gran/
dis timor / quibusdā innata sterilitas / quibusdā innat⁹ ar
dor amoris / quibusdam ē innata aliq̄ alia virtus. aut se/
cūdum totā speciem / sicut leoni est audacia innata et victo
ria / aut secundum indiuiduum sicut meretrici inest audacia
non per speciem humanam sed per indiuiduum. venerunt
ex hoc super grandia mirabilia et super secreta operabilia.
Et qui non intellexerunt mirabilitatem illā et vn̄ possit in

illud neglexerunt et abicerunt omnia in quibus fuit labor et ingenium philosophoꝝ quoꝝ fuit intētio ꝓpria laus in posteris vt falsidica tam grādia traderent in scriptura.

Non ē secretum nec occultū gentibꝫ/ quoniam ōne simile adiuuet et cōfirmet suum simile. diligat ⁊ moueat et amplectatur illud Et mediā iā dixerūt illud et verificauerunt illud ꝑ ꝑte sua ⁊ dixerūt ꝙ epar iu/uat ad epar /⁊ quodlibet mēbrum suum simile. Et alchi/miste sciuerunt illud veritate manifesta .quomō natura si/milis subingreditur et gaudet suo simili illi et cōdolet ⁊ ō/nis scientia iā verificauit illud in suis scibilibus. Et tu nota istud diligēter qm̄ sup hoc videbiˢ grādis mirabilitas opm

Iam ē verificatum et positū in mētibꝫ ōniū ꝙ om nis species naturalis / et ꝙ omnis natura ꝑticula ris vel generalis habet amicitiam et inimicitiam naturalem ad aliquā aliarū Et ōnis species habet aliquid timendū horribile et inimicū et destructiuū. Similiter ali/quid exultans letificans et cōcordās et ꝑ naturam vt ouis lupum .et ipa cognoscit eū non solum viuū ꝫ mortuū / nō solum ꝑ visum ꝫ ꝑ gustum et lepus canem et gatta murem et ōnia quadrupedia timent leonē . et ōnia volatilia timēt aquilam .et ōnia animata timent hoiēm Et est insitū natu re vnicuiqꝫ istud et q̄dam habent istud scdm totā speciē ⁊ se cūdum omne tēpus Et quedā habent istud secūdū indiui/duum solū et secūdum certum tēpus :⁊ omniū ē certificatio ꝙ que odiunt se secūdum vitam ꝙ partes eoꝝ ymo pili ⁊ ō nia odiunt seinuicem postq̄ moriūtur . Vn̄ pellis leonis ō nes pelles ledit et vincit .pellis ouis cōsumitur a pelle lupi et tympanum de pelle lupi facit obmutescere illud de pelle ouis et sic est in omnibus aliis . Et tu nota istud ꝓpter ma

gnitudinem rerũ secretarum que in̄ proueniunt

Et est aptum omnibus q̄ homo est finis omniũ naturalium / ⁊ q̄ omnia naturalia sunt p̱ ip̄m et ip̄e vincit omnia naturalia · et omnia naturalia habent insitam naturalem obedientiã ad ip̄m hominē / ⁊ q̄ homo ē plenus omni mirabilitate eo q̄ in ip̄o sunt oēs conditiones scꝫ distemperata in caliditate et frigiditate temperata in omni eo quod vis et in eo sunt oēs virtutes rerũ et ad humanam naturã fauent / et obediant demones et ip̄o humano corpore op̱antur / omnes secrete artes et etiam cum hoc omne mirabile exit ex ip̄o / sed non habet homo omnia secundum idem tempus sed diuersis tēporibus et in diuersis in diuiduis et in eo inuenitur efficatia omnium rerũ ꝓpocritarum verborum vegetabiliũ Sed que sunt partis ad partē non declarãtur rōne sed experientia q̄ntum aũt ratio poterit videre et cōprehendere notabis Et etiam quãtum p̱ tuam ꝓpriam experientiam experiri poteris · adiũge et intellige hoc quod cōtra hominem ē

Non potest aliquis dicere / q̄ omnis res nō sit plena mirabilitate et nescit que maioris quãdo diligēter certificat / sed vnusquisqꝫ vilipēdit rem de q̄ nihil scit / et res nihil meruit in illo / nam vnaquequꝫ res habet de calido et frigido quod est sibi proprium et ignis non sunt mirabiliora q̄ aque sed sunt diuersa et alteriusmodi ⁊ piperis non sunt mirabiliora q̄ iusquiami sed alia· Et qui credit q̄ mirabilitas rerũ exit a calido et frigigo non potest dicere quin in omni re scit grãde mirabile / cum vnaquequꝫ res habeat de calido et frigido qd̄ sibi cōuenit Et qui credit q̄ mirabilitas rerum sit in stellis et aspectibus in quibꝫ contrahunt res proprietates mirabiles et occultas scire p̄t

ꝙ omnis res habet ꝓpriam figurā celestē sibi cōuenientem ex qua ꝓuenit ei mirabilitas in operando Nā ōne quod inci pit sub determinato ascendente et influentia celesti incipit et cōtrahit nunꝗ propriā efficatiā patiendi et operandi rē mira bilem et qui credit ꝙ mirabilitas rerū exeat per amicitiā et in imicitiam · vt emptio nō pōt etiā denegare Et vniuersali/ ter ſm oēm modū philosophādi res vnaqueqꝫ ē plena mi rabilibus Et postꝙ sciuerūt hoc philosophi inceperūt ex/ periri et educere quid est in rebus

Plato vero dixit in libro tegimenti ꝙ qui non fue rit opifex dyaletice ex qua fit pronus et eleuat⁹ in tellectus agilis et expeditus / et qui erudit⁹ in sci/ entia naturali in qua declarātur mirabilia calida et frigida et in q̄ aperiūtur proprietates cuiuslibet entis in se · Et qui non fuerit doctus in scientia astrologie et in aspectibꝫ et fi/ guris stellarum ex quibus est vnicuiqꝫ eoꝝ que sunt sub li ma virtus et ꝓprietas / et qui non fuerit doctus in scientia nigromācie qua manifestātur substantie immateriales que dispensant et administrant omne qđ est in rebus ex bono et malo non poterit intelligere nec verificare ōnia que philo sophi scripserunt nec poterit certificare omnia q̄ apparebūt sensibus hominū et euadet cū tristicia animi qm̄ in illis re/ bus ē mirabilitas omniū q̄ videtur

Credit purus astrologus ꝙ tota mirabilitas rerū et radix experimentorum et omnium q̄ extāt a re bus quando inuicē cōferūtur essent a figura cele/ sti quam contrahit vnūquodqꝫ hora sue interēptionis et generationis / et verificauit in ōnibus que exptus est inue nitqꝫ / cōcursus rerum ē ſecūdum cursum stellarum et victo ria et gaudium et tristicia pendet exinde et indicatur per illud

⁊ iō iussit omnia fieri certis diebus et incertis horis ⁊ incertis ꝯiunctionibus et separationibus et incertis ascentionibus scꝫ ypocritos sermones preparationes herbarum et nõ potuit eorum ingenium expandi et extendi ad oēs verificationes philosophoꝝ

Redit magna ps philosophoꝝ et medicoꝝ ꝙ tota mirabilitas experimentoꝝ et mirabiliū exiret a rebus naturalibꝫ qñ in lucem cōferūtur ꝑ calidū et frigidū siccum et humidū Et significauerunt has quattuor qualitates et posuerūt ipas radices omniū mirabilium et eoꝝ mixtio exigit ad ōne mirabile vt verificauerūt illud in suis operibus et iusserūt sua experimēta incedere et componi ꝑ istam ⁊ tenere per has res et verificari et cū inuenerunt multa experimenta philosophoꝝ non potuerūt ea verificare ꝑ calidum et frigidum ymo magis ex hoc erat contrariū / accidit ei mirari necessitanter et tristari et negant plerumqꝫ illud / et si videant id

Plato arestoteles et legittimi et oēs qui intenderunt suꝑ vltimū philosophie iā certificauerunt ꝙ mirabilitas exit a rebus scdꝫ modos valde diuersos : plerumqꝫ per ṽtutes celestes impressas : plerūqꝫ ꝑ caliditatem et frigiditatem : plerūqꝫ per ṽtutes demonū ⁊ nigromāticorum : plerūqꝫ per virtutes alias minatas rebus cū suis formis substātialibꝫ : plerūqꝫ per relationē que sunt rerum adinuicem Vñ reddūtur incōprehensibilia rerū mirabilia / sicut dicit autor / plerūqꝫ ꝑ se faciunt vnū / per accidens faciūt cōtrariū : plerūqꝫ directe plerūqꝫ indirecte Merito ergo plato dixit ꝙ qui non fuerit valde sollers in dyaletica et doctus in virtutibus rerum naturaliū · similiter in signis stellarum et nigromāticarum ṽtutum nō videbunt

rōnabilitatem mirabiliū / nec ipe sciet ea et nō cōmunicabit thesaurum philosophoꝝ

SCito igitur ꝙ omnis res habet ex caliditate ⁊ fri gioitate quod suū est ex quo facit rem efficacem ꝑ se et facit rem efficacem aliā per accñs / directe ⁊ in directe / habet vnamquāqꝫ virtutem ex stellis et figurā sue generationis quā agit in moralitate cōstructione et cōueni entia cum aliis et tñ vnaqueqꝫ habet virtutes sibi cōnatas per quas vnaqueqꝫ res ē principium mirabilis effect⁹ Cū ergo hoc ꝙ omnis natura mouet ad suū simile potest ima ginari de mirabilitate effectum quē vis ad ōne opandum / et verificabis omnia que audies et medicinalia et magica ⁊ nigromātica secūdum diuersum moduꝫ tue excogitationis et sollertie et intromittā te supficialiter vt teipm adiuues ⁊ prepares ad recipiendū que dicam aggregata et collecta ex philosophis et diuersis antiquis · habeto ergo istud in mē te tua · ⁊ quātum ē per se res calida adiuuat in passionibus frigiditatis et experimentum in eis Et nō competit calidis nisi ꝑ accidens aut indirecte et cōmuniter · ⁊ semper caue ne quod est per accidens decipiat te in primis qualitatibꝫ quia plerūqꝫ res calida sanat morbos calidos sciꝫ per accñs aut indirecte Si vis igitur experimētari primo decet te scire de rebus vtrum calide aut frigide sint · Et nota totum illud et postꝙ scis istud nota que est dispositio et proprietas ei⁹ na / turalis vtrum ne ē audacia aut timiditas aut decor aut ste / rilitas quia q̄lem habet naturam nunꝙ esse talem assimilat in his quibus associatur · vt leo est animal intimidū et ha / bens audaciam naturalem maxime in frōte et corde Et iō

qui associat sibi oculum leonis aut cor aut pellem que eius est inter duos oculos · vadit audax et intimidus et inducit timiditatem omnibus aliis animalibus ⁊ generaliter enim in leone est virtus dandi audaciam et magnanimitatē Similiter enim in meretrice ē audacia exterminata Et ideo dicunt philosophi ꝙ si quis induat camisiam meretricis publice aut respexerit in speculum / aut secum habuerit in quo ipā speculatur seipām vadit audax et intimidus Similiter in gallo est quedā audacia magna adeo ꝙ dicunt philosophi ꝙ ex eo stupefit leo / et ideo dicunt ꝙ si quis hominuꝫ gesserit secum ipius aliqua : vaditqꝫ audax et intimidus et generaliter omne illud animal quod habet audaciā exterminatam per naturā aut per casum Si enim ex eo construeretur homini dat sibi audaciam Similiter enim si est aliqḋ animal sterile per naturam aut per accidens aliquod eius cōsociatio ad aliquam mouet sterilitatem Et ideo scripserunt philosophi ꝙ nullus a proprietate vł quomodocūqꝫ cum sit omnino sterilis facit viros et mulieres etiā steriles qñ ex eo sociatur aliqua pars mulieris Similiter facit abortiuus et eunuchus quoniam ōnibus his est insita sterilitas et assimilant sibi in hoc hominē qui sibi associat ista intrinseca Similiter qui volunt incitare amorem respiciunt enim quod animaliū maxime diligit · ⁊ maxime in illa hora q̄ magis stimulat̄ in amore quia tūc in eo vigor magis in ꝓmouēdo ad amorē ex illo animali accipiunt ꝑtem in q̄ magis vigent venus et ille appetitus · sicut sunt cor testiculi et matrix et exhibēt ea illi quē volūt intendere · masculus ad feminam exhibet testiculos · mulier vero ad virū exhibet mēstruū ā secūdinā Et quia hyrūdo mltū diligit vt di/

cūt philosophi iō multum eligūt eā philosophi ad excitandum amorē Similiter in hoc genere turtur colūba ꝛ passer maxime qn̄ capiūtur amore siue a venere tūc eīn irrefragabiliter ꝓuocant et inserunt amorē Similiter qn̄ volūt facere loquacem appropinquāt de lingua canis aut de corde Cū aūt volunt facere facūdum aut delectabilem associant ei philomenā et vniu̾saliter quācūqȝ virtutē aut ꝓprietatē naturalem vident in aliquo entium naturaliū scd̄m excessuȝ suspicātur assimilare aut promouere seu inclinare dispositū ad illud ꝓpter quod sciunt firmiter ꝙ potest plus iuuare ꝙ̄ nocere eo ꝙ habet illud insitū a sua natura et omnis ꝟtus mouet ad tale q̄le ē scd̄m posse suū Et sic intelligo eē in rebȝ mirabilibus que audies Et h̄ dictū sit ad introducendū animū tuum.

Dixit autor libri tegimenti ꝙ quedā sunt manifesta sensibȝ quibus nullam scim⁹ rōnem . et q̄dam sunt manifesta rōne in quibus nullum sensum nec sensationem ꝑcipimus Et in primo genere entiū nulli credendum ē nisi experientie / et nō est experienda rō nec negāda experientia Et in scd̄o genere entium nō est expectand⁹ sensus quia sentiri non pōt quedā igitur sola experientia sūt credenda sine rōne cū lateat homines quedā sola rōne cuȝ careant sensibus. Nam ꝙ̄uis manifestā rōnem nesciam⁹ ꝙ magnes trahit ferrum ita tn̄ manifestat illud experientia ꝙ nullus denegare debet Et quēadmodum istud ē mirabile ꝙ sola experientia certificat ita in aliis debet homo extimare nec debet negare quicꝙ̄ mirabilium . ꝙ̄uis rōnem nō habeat sed debet experiri quia cause mirabilium sunt latentes et ex tam diuersis procedentibus ꝙ humanus intellect⁹ secūdum platonem non pōt imitari eas Magnes ergo tra/

bit ferrum Carabe trahit paleam Et quidam alius lapis trahit vitrum / sic in entibus sunt mirabilia declarata phis p experientiam q̃ nullus denegare debet donec experitur il lud scdm modū philosophoꝝ q illud inuenerūt Nā dicūt philosophi ꝙ palma ē arbor et habet masculū et feminam cū ergo femina appropinquatur masculo vides feminā de clinatam ad masculū et mollificātur folia eius et rami et de clināt ad masculū Cū ergo ad palmas vident illud et ligāt funes a masculo ad feminā · reddit ergo erecta sup seipām quasi ademptā sit a masculo p cōmutationez funis virtute masculi · quare ḡ negas ꝙ in hac reliquiarū reruз que suis ꝓprietatibus agunt donec per experientias certificetur tibi certitudo et destruatur falsitas Negociū aūt tuū supra illō quod narrauim⁹ in libris nostris duoꝝ rumor ꝓpolatur in regionibus ⁊ quoꝝ vestigium laudatur apud sapiētes absqз experientia ipius cui⁹ ꝓprietates sumūtur est inuidia et odium ex quo sp ꝓuenit obliquitas intellectus ⁊ iudicii in ore Multi tn̄ antiquorū narrauerūt res mirabiles tn̄ iā receptas apud vulgus et verificatas Et ego narrabo tibi q̃ dam vt tu firmes mentē tuā sup eas et sit parata credulita / ti eoꝝ que rō non pōt cōfirmari scdm sensum :quia p̄dictuз in eis ē adiutoriū Ex eis itaqз est ꝙ filius messie dixit in li bro de animalibз Si induat vestimentū viri mulier feta de inde induat ipm vir prius q̃ꝫ abluat ipз recedit ab eo febris quartana

¶ Et in libro de aiālibus dicitur ꝙ leopdus fugit ex cra / neo hōis et alibi ꝙ si craneū hōis antiqui sepeliatur in tur ri colūbarum aut ponatur in ea habitant et quiescūt colūbe ibi et multiplicātur donec cōstringātur in ea·

¶ Et in libro de Tyriaca galieni ꝙ serpens qui dicitur re

gulus est sub albidus · supra cuius caput sunt tres pili et qñ videt eũ aliquis moritur statim · ⁊ qñ audit eius sibulũ aliquis vel aliquid · moritur

¶ Et omnis bestia que comedit ex eo mortuo etiã moritᷣ Et dixit aristoteles ꝙ vbi fit estas sex mensibus Similiter hymens ẽ fluuius in q̊ inueniũtur vipere quarum proprietas ẽ vt nunq̄ videant qui nõ moriãtur et non faciunt hoc nisi dum viuunt: cũ vero sunt mortue nihil nocent Et ingeniauit arestoteles cũ alexandro vt reciperet speculũ magnũ ⁊ ambularet cũ eo ꝟsus eas · cũ respexerũt seipas in speculo mortue sunt fuit ergo quibusdam incredulus sermo arestotelis Nam Auicenna instans arestoteli · si aliquis vidit eum mortuus ẽ · vñ non ẽ veritas in sermone

¶ Et dixerunt si aliquis acciperet de lacte mulieris lactantis ꝟginem suã q̃ ẽ ab ymatu et ponatur in vitreo vase ⁊ sepeliatur ł suspenda² in turri apud introitũ colũbarum et exitum habitãt et multiplicãᷣ colũbe in ea donec sint innumerabiles

¶ Et dixerũt qñ os hominis mortui suspẽditur in aliquo iuuat a quartana et si suspẽdatur os hominis mortui sup̱ illum qui cõqueritur de ventre suo sanatur

¶ Et dixerunt philosophi si dentes pueri in primis cũ cadunt suspendatur anteq̄ veniũt ad terram et ponatur in lamina argenti et suspendantur sup̱ mulieres prohibent eas impregnare et parere

¶ Et in libro Cleopatre qñ mulier accipit omni mense de vrina mule pondera duo et bibit ip̄am non cõcipit

¶ Et in libro decorationis Accipe quãtitatem fabe de Alchit et infunde ip̄m in vrina mule et da mulieri ad potãduꝫ et ip̄a non cõcipit

¶ Et dixit alexander · qñ accipitur aliquid de vmbilico in/
fantis qñ egreditur et inciditur et ponitur sub lapide ãnuli
de argento aut auro tunc ei qui nescit eum nõ aduenit coli/
ca passio penitus

¶ Et dictũ est si ligetur semen acetose in pãno et suspenda²
sup timpanum sinistrũ · nõ cõcipit donec pmanet sup ipm ꝛ
dixit galienus · ꝙ qñ folia acetose comeduntur soluũt ven/
trem / et qñ bibitur semen ei⁹ soluit ventrẽ / et dicitur ꝙ ra
dix acetose suspensa sup habentem scrophulas iuuat ipm

¶ Et dicunt etiam philosophi quando vis vt redeat be/
stia ad hospicium suũ lene frõtem eius cum sepe squilla / et
tunc redibit·

¶ Et arestotiles dixit in libro de animalibus Si ponat a
liquis ceram cõtritam super cornua vituli vaccarum vadit
cũ eo vbicunqꝫ vult sine labore

¶ Et si inungat aliquis cornua vaccarum cũ cera et oleo ã
pice recedit dolor pedũ eaꝝ · Et si aliquis delinuerit caput
thauri oleo rosarum apostematur caput eius et si liniatur
cũ eo caput vacce moritur / et si aliquis vnxerit linguã boũ
cũ sepo aliquo nõ gustant cibum nec comedũt : sed pri⁹ mo
riũtur fame nisi abstergatur cũ sale et aceto

¶ Et si quis inungit anum galli cũ oleo non calcat galli/
nam nec potest

¶ Et si quis vult vt non vociferat gallus caput eius inun
ge oleo et frõtem·

¶ Et in libro Archigenis dicitur qñ cauilla leporis suspẽ
ditur sup ipm qui patitur colicam · cõfert ei

¶ Et dicit arestotiles qui sedet sup pellem leonis recedunt
ab eo emoroide Et dixerũt philosophi si ãnularem abor/
tim suspendit sup se mulier non concipit mulier donec pma

net super ip̄am. Et qñ bibit mulier vrinā arietū nunq̄ cōci
pit Et qñ bibit sanguinē leporis non cōcipit Et si sterc⁹ le/
poris suspēdatur sup̱ mulierem non concipit donec p̱manet
super ip̄am.

¶ Et origanū mōtanū qñ teritur et puluerisatur super lo
cum fornicarium dimittunt formice locum suum.

¶ Et dixerūt philosophi si suspēdatur caput capre sup̱ illū
qui patitur scrophulas. sanatur p̱ ip̄m.

¶ Et dicitur in libro decoronationis Accipe mirrā et line
pollicem pedis dextri tui cū oleo de palestina tritam Nam
tūc tu cōcubes dū illud p̱manet sup̱ pollicem Et dicitur ibi
q̄ si tu accipis fel hirci et adib ⁊ exficca vtraq̧ et deinde tere
ea et calefac ābo cū puro oleo et line cum eo priapum in cir
cuitu hora coitus et nullū alium expectet nisi solūmō te

¶ Et cū hoc etiā dicūt philosophi Si accipiat mediū pon
dus iii. illius et etiā quinq̧ ex duob₃ testiculis vulpiū ⁊ cū
hoc etiam ex felle galli et p̱misceat vtraq̧ bñ et portare ea
debet secū cōtinue tribus diebus in vulua in die quarta fu/
tuat eā vir eius et impregnabitur a masculo et suspēdatur
cauda adib supra presepe vaccarū aut pecudū nō appropin
quabit lupus donec p̱manebit illic et si multū etiam fame/
at et si suspenditur cauda lupi aut pellis aut caput lupi sup̄
presepe non comedent boues nec bestie aliquid. et si inun/
git se mulier sepe vrina adib nunq̄ cōcipiet

¶ Si em̄ vis vt mulier non corrūpatur nec q̄rat aliquos
viros. accipe priapū lupi et pilos palpebrarū eius et pilos
qui sunt sub barba eius et cōbure illud totū et da ei in potu
ip̄a nesciente et nullū volet nisi te. et dixerūt philosophi qñ
mulier nō vult virum suū tūc em̄ accipiat vir ei⁹ aliquid de
sepo hirco₄ medio₄ inter paruos ⁊ magnos et liniat cum

eo priapum suũ et cöeat ipa enim amabit eum ꝛ non coibit postea cũ aliquibus aliis · et dixerunt philosophi ꝙ testu/ do qñ venatur a serpente comedit origanum et sanatur idő sciunt philosophi ꝙ origanum succubuit cũ veneno · ꝛ dici tur ꝙ mustela qñ venatur a serpente comedit rutam ꝛ sciũt ex hoc ꝙ ruta est cõtrarium veneno serpentum et mus sup/ positus puncture scorpionũ liberat · quia cõtrarius ē ꝛ ni/ hil timens eũ · ꝛ dicũt philosophi ꝙ si quis extraxerit calca neum mulieris mustele ipa existente viua et suspēdatur su/ per mulierem nõ concipit donec maneat sup eam et quãdo remouetur impregnabitur Et inuenerunt philosophi ꝙ si aliqua mulier ē sterilis qñ apponũt rem facientem sterilem mulier fit non sterilis et ecõuerso · ꝛ si accipiãtur duo testicu li mustele et stringãtur et ligentur in crure mulieris et habe at eos secum mulier nõ concipit· Et dicitur ꝙ qñ aspongia ꝓicitur in vino mixto aqua deiñ extrahitur et restringitur et expmitur egreditur aqua ex eo ꝛ remanet vinũ· ꝛ si non ē mixtũ nihil egreditur Et dixit tabariensis ꝙ si suspendat lapis spongie in collo pueri qui tussit tussi vehementi sedat tussis eius Et qñ intromittitur in caput azini aut anũ scara beus sincopisat et non vertitur donec extrahatur ab eo Et si homo comedit lentes et mordeat non sanatur morsus· Et qñ intromittitur in anum arietis altil siue alcit · cadit la na eius Et dicitur ꝙ si ligetur aliquis lapis cum cauda azi ni non ruget neqꝫ raget Et si accipiãtur pili azini qui enim sunt iuxta priapũ suum et dentur alicui in potu triticũ vino cui vis incipit statim pedere·

¶ Et similiter si aliquis acceperit oua formicarum et ꝯtri uerit ea et proiecerit in aquã et dederit ea alicui in potu cui vis statim non cessat pedere Similiter faciũt cum vino

¶ Et dicitur q̄ si feceris annulū ex virga myrti recentis et intromisceas in ip̄m annularem digitū · sedat apostema s̄b ascellis Et in libro arestotelis Radix iusquiami albi quā/do suspēditur sup̄ patientem colicam passionē cōfert ei · Et qn̄ haurat et intrū salsum ponitur in vase et ponitur sup̄ ip̄z acetū bulit fortiter absq̄ igne · Et dicitur in libro hermetis quādo proicitur semē porri super acetum recedit acetositas eius

¶ Et dixit Gelbinus qn̄ accipis albumen oui et alumē et lenis cum eo pannū et ip̄m abluis cū aqua salis et sicca eum p̄hibet ignem cōburere Et dixit alius qn̄ accipitur arseni/cum rubeum et alumen et terūtur et cōficiūtur cū succo sem per viue et felle thauri et linit cū eo hō manus suas deiñ ac cipit ferrum ignitum non cōburit ip̄m Similiter si accipiat ex magra et alumine iameni et talc et aceto forti et altera et cōtriueris ea cōtritione bona et lenis cū ea manus · non le/dit eas ignis Et dixerūt in carabe qn̄ multum teris ip̄m et sufflas ip̄m v̄sus lampadē cuz sufflatorio inflāmatur ex eo ignis magnus et ab eo nihil cōtractū cōburitur Et qn̄ vo/lueris vt qui sunt in palladio videātur nigri / accipe de spu/ma maris et calcanto et p̄misce ea simul deinde humecta cū ea liniciniun et illumina cum eo lampadem·

¶ Quando vis vt qui sunt in pallatio videātur sine capiti bus Accipe sulphur citrinum cū oleo et pone ip̄m in lāpa/de · et illumina cum eo et pone illud in medio hominum et videbis mirum·

¶ Et dixit gelbinus qui posuerūt portulacā sup̄ lectū suū non videbit somnium nec visionem penitus · Et arestote/les dicit q̄ eque qn̄ odorant fumū lampadis extincte abor/tiunt et indignātur Et similiter hoc accidit quibusdā mulie

ribus pregnātibus Et dixit arestoteles · q si quis ingenia
tur camelū coire cū matre sua et ipse presentit illud ipse prose
quitur eū donec interficiat eū Et si ingenietur equū ascēde/
re mrēm snam et pñtiat illud · interficit seipm et necat inten
dens ad hoc Et dicit Tabariensis · si accipiat rafani et con
ficiatur vel accipiatur ex eo pars c⁹ sit magnitudo et suspen
datur supra mulierem post ptum egreditur secūdina Et di
cunt philosophi q si submerges muscas in aquā videntur
mortue et si sepeliātur in cinerem resurgūt iterum Et quā/
do submergis Azoubor moritur et roretur sup ipm acetū
viuificatur Et qñ sepelis scarabeum in rosis moritur Et si
sepelis eū in stercore viuificatur.

¶ Et dixerunt philosophi q qñ penne aquilarū ponūtur
cū pennis aliorum animaliū · cōburunt illas et mortificant
eas · sicut ipse est vincens in vita sua ōnes aues et domināś
penne aquilarum sunt pniciose omnibus pennis

¶ Et dicunt phi q si ponatur in aliquo loco pellis ouis
cū pelle adib · corrodit et cōsumitur Et qui induit pannuꝫ
ex lana ouis quā comedit adib · non cessat ab eo prurit⁹ do
nec induit eum Et si acceperis pilum eque et extenderis ipꝫ
hostium dom⁹ non ingreditur hostiuꝫ illud signifex donec
super eo stat pilus Et si suffumigas domū aut locū pulmo
ne azini inundas eum ab omni serpente et scorpione et sciūt
philosophi ex hoc qd valet in veneno Et dixit thebarien/
sis si lingua vppupe suspēdatur sup patientem obliuionem
reddit eū memorē Et suffumigatio cum pennis ei⁹ expellit
demones et alienatiōes Et in libro de opatre dicit Si mu
lier nō delectatur cū viro suo Accipe medullā lupi de pede
sinistro et porta eā et nullū diliget nisi te Et dicitur qñ acci
pitur coxa strussionis masculi sinistra et bulitur cū oleo/ de

inde liniũtur cũ eo origines pilorꝝ nunq̃ renascũtur Et dix
it architas si accipiatur cor dũ viuit et suspendatur sup pati
entem quartanã eradicat eã / et spoliũ serpentis qñ stringitᷣ
sup ancham mulieris accelerat partũ · sed cũ parit illico re/
moueatᷣ et dẽtes õnium serpentũ qñ eradicas eos dum vi
uit serpens et suspendatur sup quartanarium tollunt ab eo
quartanam / ⁊ si suspendatur serpens sup dolentem denteꝫ
prodest et serpens occurrit pregnanti · abortit / et si occurrit
ei dum parit accelerat ptum · et dicunt si acciperis caninum
dentem cocodrilli ex palato eius superiore sinistro / et sus/
pendis eũ super febricitãtem sanat et non redibit febris ad
ipm vnq̃ et dixerũt q̇ leo terretur ex gallo albo · ⁊ leo ite/
rum timet ignem / et qui inungitur cũ sepo renũ leonis nõ
timet ire inter bestias · ⁊ etiam omnes bestie terrẽtur ex leo
ne · ⁊ qui linit corpꝰ suum cũ stercore leporis terrẽtur ex eo
lupi · ⁊ si territur arsenicũ citrinũ et admiscetur lacti non ca/
dit sup ipm musca q̃ non moriatur · ⁊ si acceperis dextrum
pedẽ testudinis ⁊ suspendis ipm sup dextrũ pedẽ podagrici
cõfert ei Similiter si sinistrũ sinistro · et sic manus eius con
fert manui et digitus cõfert digito Et si accendatᷣ ignis co/
ram emorso ex viridibus lignis ficulnearũ crepitãt testiculi
eꝰ Et in libris hermetis Oculi vrsi ãbo qui ligãtur in pan
no lini sup adiutoriũ sinistrũ remouent quãrtanã Et dr̃ q̇
si lupus videbit hominẽ et ipe nõ videbit lupum stupefit
homo et timet ⁊ raucessit Et ideo si quis gerit oculum lu/
pi iuuat ad victoriam ⁊ audaciam ⁊ depellationẽ ⁊ timo
rem aduersarii · Et dicitᷣ etiã q̇ si fiat annulus ex albis vn
gulis azini qui induit ipm epilenticꝰ non patitᷣ epilẽtiã Et
dixerũt qñ vis ne approximent musce domo tũc pone cõ/
disim ⁊ oppiũ in albedine calcis ⁊ tũc inde albifica domum

Decimoseptimo queritur · vtrū infirmi plus tolerent ieiunium q̄ꝫ sani Dicendum q̄ quidā dicunt q̄ sic quia in infirmo calor naturalis resoluit fumos et plures spūs ex humoribus q̄ꝫ in sano Sed hoc non valet p̄mo quia ex humoribus corruptis non possunt mēbra nutriri nec spūs generari Secūdo quia sic in infirmo sunt plures spūs q̄ꝫ in sano ⁊ quia spūs sunt latores virtutum ergo in infirmo sunt fortiores virtutes q̄ꝫ in sano quod ē falsum ergo et p̄mum Dicēdum igitur q̄ huius q̄ infirmus plus famem toleret q̄ꝫ sanus · triplex ē causa · vna est quia natura intenta ē circa morbum et eius materiam · secūda quia membra sunt infecta a

corrupta materia vn̄ non appetunt · tertia quia ꝟtus infir/
mi est debilis et sopita et iō minus appetit·

¶ Decimooctauo queritur · vtrum ꝟtus stomachi fortis
plus toleret ieiunium q̄ꝫ debilis Dicendū qꝫ virtus stoma
chi fortis plus appetit cibum sed magis sustinere pōt ieiuni
um · debilis vero ecōuerso minus appetit cibum et etiā mi
nus potest sustinere ieiunium·

¶ Decimonono queritur · vtrū qui ꝯsueuit multos cibos
accipere plus sustineat ieiunium q̄ꝫ solitus paruꝫ comedere·
Dicendum qꝫ multū comedere solitus melius sustinet ieiu
nium · quia ꝓpter precedentem repletionem habet paulu/
lum caloris et iō pōt plus ieiunium sustinere· in alio accidit
ecōuerso

¶ Vicesimo queritur vtrum plus molestet ieiunium in tē
pore calido vł frigido Dicenduꝫ qꝫ plus molestat in estate
q̄ꝫ in hyeme · quia in estate plus resoluitur a corpore · vnde
debet multum dari de cibo et multis vicibus Sed in hye/
me cōpetit de cibo satis in vna vice

¶ Vicesimoprimo queritur quare auidiꝰ vorantes citiꝰ
satiantur Dicendū vt in saturnalibus habetur quia auide
vorantes multum aerē cū cibo inferunt ꝑ hyatum ructus ⁊
crebritatem respirādi Igitur vbi aer venas cōpleuerit fasti
dium cibi fit

¶ Vicesimosecūdo queritur · quare calida edulia facilius
cōprimimꝰ ore q̄ꝫ manu sustineamus · Dicendū vt ibidem
patet Quia intestinus calor qui in aluo est multo maior et
vehementior existit / et ideo quicquid calidum accipit sua
magnitudine circumuenit et debilitat Et ideo restat vt quic
quid ori admoueris / non vt quidam faciunt hyatu nouo
spiritu feruori vires ministres Sed paulisper labia compri

mere debes vt maior calor qui de ventre ori opitulatur cō primat minorē calorem. manus āt rem feruidam ferre pos sit nullo ꝓprio iuuato calore ⁊c.

Jcesimo tertio queritur. quare si esuriens bibit famē subleuat Si vero sitiens comedat sitis non sedatur Dicendū vt in saturnalibus. quia liquori nihil of ficit quin sumptus ad omnes ptes corpis perueniat et venas repleat Cibi āt natura ē grossior et in venas cibus non nisi paulatim cōfectus venit. iō sitim quā repperit nō subleuat ymmo quicquid foris humoris nactus ē absorbetur et ido sitis q̄ est humoris penuria exiñ augetur.

¶ Vicesimoquarto q̄ritur. vtrum ieiuni magis sitiunt q̄ esuriunt Dicendum q̄ sic vt ibidē quia calor naturalis con tinue agit in alimentum et fomentū suū cōtinue cōsumēdo ipm Et hec patet in pueris qui in etate infantili multum et magnum cibū ꝓpter caloris vehementiam cōsumūt Vide mus ecōuerso in senibus q̄ faciliter tolerant ieiuniū ꝓpter defectum caloris in eis Jn media āt etate si exercitio calor naturalis excitatus fuerit fortius cibum appetunt vel que runt ꝓpter penuriam caloris Ergo si calor semp in appetē tia est liquor āt ꝓprium alimentū caloris ē. Cum in nobis alimenta ex ieiunio querātur precipue calor suum postulat quo accepto totum corpus recreatur et patientius expectat cibum solidiorem.

¶ Vicesimo quinto q̄ritur. quare maior ē delectatio cum sitis potu extinguit' q̄ cū fames cibo releuat' Dicēdū vt ibi dem. quia potus vtpote magis penetratiu⁹ stomachum ⁊ corp⁹ simul penetrat et omniū ptium facit vnā maximam ⁊ sensibilē delectationē. cibus āt paulatim indigētiam cōsola tur et iō delectatio eius multum diriminitur.

¶ Uicesimosexto queritur · q̃re eadem potio fortior vide tur ieiunio q̄ʒ cibato Dicendū vt ibidē q̄ʒ venas inedia va cuas facit saturitas obstruit Igitur cū potio p̄ inanitionē penitus trāsit ad mixtionem delectationis p̄ vacuum tran siens gustu fortiore sentitur·

¶ Uicesimoseptimo q̄ritur · vtrum sitientibus habentibꝫ stomachum siccum sufficiat paucus potus Dicendum scd̓m galienū et habentes stomachū siccū sunt velociter sitientes et paruus potus sufficit eis Cuius rō dari pōt quia omne mēbrum desiccatum coartatur et minoratur et minoris fit capacitatis · hoc contingit in stomacho sicco et ideo cito ⁊ a pauco potu implet̄ Est igitur in stomacho sitis magna eo q̄ʒ in ipō desiccatur os eius ⁊ iō appetit humectari p̄ potuꝫ et tm̄ paruus potus ei sufficit Quia cū siccum et durum an gustiatur cito repletur potu et a paruo potu sitis eius seda tur vt iam nō sentiat suā inanitionem deinde cito redit

¶ Uicesimooctauo queritur · vtrum stomachus grauet̄ a potu ampliori Dicendū q̄ʒ sic secūdum galienū · Rō istiꝰ patere pōt ex predictis Cū em̄ stomachus siccus ꝓpter sui angustiam paruo potu repleatur si potus multus sit vltra exigentiam capacitatis sue ꝓpter sui abundātiam · vt dicit galienus · multus potus supnatat et fluctuat in ipō·

¶ Uicesimonono queritur q̃re stomachus humidꝰ mul tum ferre possit Dicendū q̄ʒ stomachus humidus cōtrario mō se habet stomacho sicco Est em̄ mollis distēsus ad mo dum vtris remolliti et iō ē maioris capacitatis quia disten ditur ad distensionem assumptoꝝ Et vter mollis maioris capacitatis ē q̄ʒ siccus ita ⁊ stomachus Et quia ē humidus nō habens siccitatem inducentem sitim iō non appetit mul tum potum ʒ multum accipit et nō grauatur sicut siccꝰ · Et

iō daci et anglici prūceni et poloni et similes multū bibunt ꝑpter capacitatem stomachi a mollicie humiditatis In calidis regionibus vt hyspani et similes multū sitiunt et parum sumūt de potu ꝑpter oris stomachi siccitatem · ⁊ ideo in his stomachus ꝑpter siccitatem paruū habet capacitatē

Ricesimo queritur · vtrum sitis aliqñ ꝓueniat ex pte pulmonis Dicendū ɓm galienum ꝙ sic Cuiꝰ rō ē quia qñ pulmo est calidus et siccus tunc appetit irrigari Et ista sitis maxime sedatur per attractionem aeris frigidi et precipue qui est frigidus ⁊ humidus·

¶ Tricesimoprimo q̄ritur quare sitis ꝓueniēs ex pte pulmonis sedatur p attractionem aeris humidi et frigidi sitis aūt stomachi p totū Dicēdum ꝙ duplex ē via vna aeris et dirigitur ad pulmonē ·alia cibi et potus et dirigitur ad stomachum Et iō sitis ꝓueniens ex pte pulmonis sedatᷣ p attractionem aeris frigidi ·que aūt ex pte stomachi p totum·

¶ Tricesimo secūdo queritur · vtrum sitis sit appetitꝰ frigidi et humidi · vel calidi et humidi Dicenduꝫ ꝙ ē duplex appetitus in corpe · vnus respectu cibi vt restaurētur deperdita et hic est respectu calidi et humidi et respectu cuiuslibet nutrientis Alius est frigidi et humidi vt prohibeatur incēsio et inflāmatio caloris naturalis et iste est simpliciter potꝰ et ē potus tm̄ quo raro quis vtitur nisi via medicine

¶ Tricesimotertio queritur vtrū aqua plus sedet sitim q̄ꝫ vinum Dicendum ꝙ vt haberi pōt ex dictis galieni de simplici medicina ·sitis causatur duobꝫ modis · vno modo ex inanitione ·alio mō ex calefactione et desiccatione cordis Illa āt que ex inanitione mēbroꝝ causatᷣ maxime sedatur p vinum quod est cibus et potus / talis em̄ sitis non sedatᷣ nisi p potum qui pōt restaurare deperditum · huiusmodi ē

vinum et ideo vinum maxime illā sitim sedat Illa autem sitis que causatur ex calefactione et exsiccatione cordis ē duplex · quedā enim ex sola caliditate et hec sedatur p frigiduʒ vt acetum vt dicitur ibidem Quedā vero causatur ex siccitate et hec sedatur per humidum Item sitis que causatur ex caliditate ē triplex · quedam enī habet ortum ex stomacho quedam a pulmone · quedā a mēbris remotis · que aūt habet ortum a pulmone sedatur p attractionem aeris frigidi que aūt a stomacho et mēbris vicinis sedatur per aquā frigidam · que autē a dispositione mēbrorum remotorum vt epatis et aliorum sedatur per aquam cui aliquid subtile commiscetur et faciens ipam penetrare cuiusmodi ē acetum · nā aqua in se obtuse actionis ē et ideo necesse est aliquid commisceri ei quod sit subtile in sua actione ideo additur acetū

De nocumentis post cibum

De nocumentis accidentibus post cibum vel potū Primo queritur vñ causatur oxireuma id est acetosa eructatio Ad hoc dicendum scdm galienum vbi supra q acetositas fit a calore dauidicante · dauidicat aūt ꝛ deficit propter frigus Est enī calor principium acetositatis sed non quilibet calor sed calor incipiens digerere et nō potens complere Iste auteʒ defectus inducitur specialiter a frigore impediente ·

Secūdo queritur quare statim post acceptum cibuʒ ista acetositas in stomacho non sentitur Dicendū q cibi in prin principio adhuc sunt in sui natura sicut essent extra ideo de eis non pōt acetositas generari · sed cum iam calor incipit illos digerere sequitur indigestio ꝛ hāc sequitur acetositas et iō non statim sentitur

Tertio queritur · quare ista acetositas plus accidit dor

mentibus q̄ vigilātibus. Dicendū q̄ in somno cibi nō sta tim descendunt in fundum stomachi vbi fit digestio sed re/ manent in ore stomachi qui supnatando ventositatem in/ ducunt Sz in vigilia hō deambulat et sic cibaria cōprimū tur et vsq3 ad fundū stomachi cōpellūtur descendere in quo maxime viget digestio q̄ repugnat cause acetositatis

¶ Quarto q̄ritur. q̄re dulcia secūdum auicennā pl⁹ in sto macho acescunt vt lac et huiusmodi Dicendū q̄ quia lac et sanguis dulcis de facili trāsmutatur et stomachus temptat digerere et trāsmutare et non pōt perficere fiunt acetosa

¶ Quinto queritur. quare vinum maxime acessit in sto/ macho Dicendum q̄ quia vinum et lac de sui natura ferūt maxime ꝓxima acetositati et stomach⁹ reducit illud qd ibi est de potentia ad actum et sic fiunt acetosa.

¶ Sexto q̄ritur quare vinum cum sit calidum non inducit morbos calidos sed frigidos. Dicendū q̄ vinū nō inducit morbū nisi replendo neruos et cerebrū. sed repletiones se quūtur indigestionē et indigestio facit accidere morbos fri gidos iō vinum non habet inducere nisi morbū frigidum.

¶ Septimo queritur. vñ fiant torsiones ventris Dicen/ dum q̄ torsio fit in omnib3 ptibus Sed torsio ē multiplex quedā em̄ ē que prouenit ex ventositate grossa et hec est in fundo stomachi. alia ex humorib3 grossis et viscosis Alia fit ex humoribus colericis et isto mō torsiones a quibuscū q3 partibus incipiūt cōpletionē habent in stomacho vt plu rimū cū stomachus in illa pte sc3 in fundo sit magis sensiti uus nihil āt prohibet hāc torsionem in q̄libet pte intestino rum sentiri.

¶ Octauo q̄ritur vtrum egri comedere debeant sicut fue/ runt soliti sani Dicēdum q̄ cōsuetudo ē altera natura vnde

qui sanus cõsueuit comedere multũ eger nequit sustinere ie iunium ideo debet refici vberius q̃ alius parũ comedẽs dũ ẽ sanus et totiens quotiens cum fuit sanus

¶ Nono q̃ritur vtrum debilibus cõualescentibꝫ plus no/ceat panis aut caro Dicendũ q̃ talibus minus cõuenit pa/nis q̃ caro · vt dicit rasis · quia inter omnia cibaria plus nu trit caro porcina iõ illa caro maxime eis cõpetit cũ sit facilis digestionis

¶ Decimo queritur · vtrũ febricitantibꝫ plus cõpetit caro aut panis Dicendum q̃ duo sunt cõsideranda in regimine febris ꝑ respectũ ad carnes Primũ est facilis digestio et sic plus cõpetunt carnes Secũdum ẽ facilis cõuersio et sic pl⁹ cõpetit panis q̃ carnes quia carnes ꝓpter sui vnctuositatẽ de facili inflãmantur·

¶ Undecimo q̃ritur · vtrũ cũ carnes exhibeãtur cõualescẽ tibus statim vinum debeat exhiberi Dicendũ q̃ in hoc vul gus decipitur Carnes eñi debent prius exhiberi q̃ vinum quia vinum inter õnia facile cõuertitur in sanguinẽ et spiri/tus et calorem naturalem ergo debet tardi⁹ q̃ carnes dari

¶ Duodecimo q̃ritur · vtrũ cõualascens ab egritudine de bet similiter regi ꝑ duos dies sicut in egritudine vł morbo Dicendum q̃ sic ꝓpter tria Primo ꝓpter ꝟtutis debilita tem Secũdo ꝓpter cõsuetudinẽ Tertio ꝓpter discrasiam relictam in corpore ꝑ morbũ Et põt eẽ rõ quia a solito nõ debet fieri mutatio nisi paulatiue ergo cõualescẽs debet idẽ regimen ad tempus sustinere

¶ Tertiodecimo queritur vtrum cõualescentibꝫ valeat ci bus grossus · Dicendum scdm ypocratem q̃ non quia dicit q̃ expedit q̃ cõualescentes nutriãtur ꝑ duos vł ꝑ tres dies eodem regimine quo prius Et est rõ quia ꝑ grossorum re

pletionem subito pmutarētur ·quod eēt malum

¶ Quartodecimo queritur vtrum plus noceat pmutatio que est ab inanitione ad repletionē · vel que fit a repletioē ad inanitionē Dicendū q subita pmutatio ab inatione ad repletionem est magis nociua q̄ mutatio de repletione ad inanitionem scōm auicennā et ypocratem Et est rō quia ex inanitione precedente virtus iacet debilitata calore natura li et spiritibus resolutis ergo non pōt sustinere multitudi/ nem ciborū ergo neq3 subitam pmutationē ad repletionē

¶ Quintodecimo queritur q̄re aliquis cibis malis vt an/ guillis et carnibus vaccinis a febre liberetur Dicendum q plures aliq̄n per huiusmodi cibaria cōtraria liberātur tum ꝓpter nature stimulationem quia natura post huiusmodi cibaria accepta magis ē alleuiata vn̄ volens se exonerare p̄ cipitat se q̄n q3 ad bonum q̄n q3 ad malum ·tum etiam ꝓpt nature cōfortationē quia cōfortatur p cibaria cōsueta ·et iō cum ꝟtus ē fortis per huiusmodi cibaria excitatur et eua/ dit Et si est debilis succūbit et tunc in pluribus suffocatur

¶ Questiones de pane

De pane queritur p̄mo ·quare panis triticeus est magis nutritiuus q̄ ordeaceus Dicendū secūdu3 arestotelem in ꝓbleumatibus · quia moderatam viscosita tem habet ·hoc eñi op3 cibum habere quia op3 cōglutina/ ri et cōsolidari corpori cuius cōglutinationis cā ē viscosum Secūdo quia ē incōmissibilius ꝓpter hoc cōfecte masse nu tribiliores sunt eis que nō cōficiūtur

¶ Secūdo queritur ·quare panes frigidi videntur albio/ res calidis Dicendum vt ibidē ꝓpter eādem causam · Cau sa eñi nigredinis ē aqua ·hec autē vtrisq3 plus inest recenti bus existentibus · antiquis eñi propter continuam exalati

onem minus relinquitur in calidis aũt panibus adhuc in-
est de humido et aqua · in frigidis vero iã egressum est scȝ
cum calido exalans·

¶ Tertio q̃ritur · quare ceteris paribus non salliti panes
ponderosiores sunt sallitis Dicendum vt ibidem quia sal
desiccat vñ et sallita a putrefactione preseruãtur · Cõsumit
enim et desiccatur humidũ a sale in pane et exalat extra ꝓpt
quod veteres panes et frigidi leuiores sunt calidis In nõ
sallitis vero humidi plus existẽs facit eos grauiores q̃ȝ sal
litos

¶ Quarto queritur quare panes triticei non sunt duri cũ
infrigidãtur Dicendũ vt ibidem ꝙ triticũ hȝ in se quẽdam
dulcem et viscosum humorem qui ẽ ip̃ius sicut anima qui
non patitur ip̃m indurari

¶ Quinto queritur quare pasta triticea ꝯfecta fit maior or
deacea vero minor · Dicendum vt ibidem quia farina or-
dei cõfecta et infusa residet humidi cõglutinatione ꝓpter il
lud ꝙ rara est et corticalis Farina vero triticea subleuatur
ꝓpter illud quod multum ẽ densa · densa eñ cõfecta calefi-
unt · calefacta et inspirata subleuãtur·

¶ Sexto q̃ritur · quare pasta tritici ꝯfecta fit alba ordei ve
ro nigra Dicendum vt ibidem ꝓpter duo · primo quia de
siccatur magis quod est superficiale in farina vt in humido
calidum quod facit albedinem · secũdo quia calidum attra
hit humidum in se cum sit magne ꝑtis · triticea aũt calidior
est ordeacea

¶ Septimo q̃ritur quare mel cũ sit glutinatius q̃ȝ aqua fa
rina que conficitur cum melle fragilior est quando coqui-
tur cum ea q̃ȝ que; aqua Dicendum vt ibidem · quia aqua
quidem ab igne conglutinatur et coagulatur · Mel autem

ꝯglutinat quidem et desiccat ꝓpter quod est magis fragile Fragilitas enim a desiccatione fit

¶ Octauo queritur q̄re panis factus ex granis nouis pe/ior est q̄ factus ex antiquis Dicendū q̄ in granis nouis est multa humiditas viscosa et aquosa et illaudabil' in sua nouitate Et ideo panis iñ factus nō est ita bonus sicut panis factus ex antiquis ¶ Questiones de vino.

Consequēter videndū ē de vino de q̄ p̄mo querit' Utrū expediat semel inebriari vino in mense vt etiā dicit auicenna in canti. et rasis in almāsoris. Dicēdum ꝫm ꝯmentatorē sup cantica auicenne q̄ assensus in ebrietatem semel in mēse ē erroneus Q̄m licet vinū ꝫm galienum sit vnum ex magis cōuenientibus calori naturali et sit respectu eius in gradu in quo ē oleum ad lumen et ad ignem. Tñ sicut multum et supfluum oleū extinguit ignem et lumen Sic multum vinū calorē naturalē Et iō si ip̄m vinū sit limphatum ē ex magis cōuenientibꝫ calori naturali Nichilominus ē ex magis nocētibꝫ calori aiāli et sensibili ꝛ organis eius et cerebro et neruis Et ꝓpter hoc vt dicit Galienus Aqua multis est vtilior vino eis scꝫ qui naturaliter habent debiles neruos

¶ Secūdo q̄ritur. q̄re bibētes vinū limphatū magis patiantur crapulam q̄ bibentes vinū purū Dicendū ꝫm aristotelem in tertia p̄te ꝓbleumatum. q̄ h' triplex est cā prima quia tēperatum ꝓpter subtilitatem plura ingreditur loca et angustiora. intēperatum vero minus quia difficili' educibile. scd̄a quia minus bibunt de intemperato ꝓpter illud quia nō possunt et de temperato magis. tertia quia intēperatum existens calidius simul digerit reliqua. vinū vero limphatum a cōtrario

¶ Tertio q̄ritur quare de vino intēperato magis dolet ca put q̄ de temperato Dicendum vt ibidem · quia intēpera/ tum grossum existit in poros circa caput non incidit poten/ tia ipsius odor et caliditas · tēperatum aūt mixtū aqua sub tili ingreditur ipsa

¶ Quarto q̄ritur · quare vinū tēperatū magis facit vome re q̄ intemperatū Dicendū vt ibidē · quia fastidiosum est· vnū limphatum supnatabile ē · tale aūt est vomitiuum·

¶ Quinto q̄ritur · quare pueri calidi existentes non sunt a matores vini Senes āt et viri fortes calidi existentes ama tores sūt vini Dicendū quia viri sunt calidi et sicci pueri ve/ ro calidi ⁊ humidi · vini āt potus ē desiderium humidi hu miditas āt ppria iexūs pueris a potu phibet et siccitas in existens senibus et viris fortibus ad potum puocat

¶ Sexto q̄ritur · cur vinum defecatum fortius ē virib⁹ ꝫ minus durabile Dicendū ſm macrobium quarto saturna lium quia nullo firmamēto innixū est vndiqꝫ ad noxam ex positum ē Fex āt vino sustinendo et alendo et viribꝫ suffe/ rendis quasi radix est·

¶ Septimo q̄ritur quare vinū immoderate sumptū gene ret morbos calidos et frigidos Dicendū ſcdm cōstantinuꝫ ⁊ galienū q̄ licet vinū sit calidū inducit tn̄ morbos frigidos Est tn̄ sciendum q̄ in vino sunt due opationes · pma est ca lefacere et sic plus inducit morbū calidū q̄ frigidū · secunda ē cerebrū replere et neruos imbibere Et sic cū a vino fumi euaporent frigidi inducit remollitionē repletionē et indige stionem et sic causat morbos frigidos·

¶ Octauo q̄ritur quis humor plus a vino generet · vtrū sanguis vel flegma Dicendū q̄ quia vinū inducit morbos frigidos vt prius visum ē plus generat humores flegma/

ticos q̄ alios Et est rō quia cum multū recipitur de vino non digeritur plenarie et sic cum omnis cibus indigestus in humorem flegmaticum cōuertatur a vino plus flegma generaliter q̄ alius humor Sed si vinum moderate sumitur plus humor sanguineus de ipo generatur

¶ Nono queritur vtrum vinum noceat cerebro Dicendū s̄m ysaac q̄ sic · quia galienus etiam dicit q̄ vinum ledit cerebrum et cōfortat stomachū Licet ergo vinum in p̄mo sui aduentu calefaciat quia tñ multum est vaporabile · sic cerebro nocet maxime replendo et neruos imbibendo·

¶ Decimo queritur quare vinum forte nocet cerebro ⁊ cōfert stomacho vinū āt debile ecōuerso Dicendū quia stomachus debet digerere et quia digestio fit p̄ calorem vinū forte adiuuat ip̄m in hac opatione · sed debile deficit Sȝ quanto vinum ē fortius tāto plures ab eo vapores ad cerebruȝ eleuātur · et sic quāto fortius tāto plus nocet cerebro·

¶ Undecimo q̄ritur q̄re vsus vini inducit oxireuma plus in stomacho q̄ aqua Dicendū q̄ nō fit oxireuma in stomacho nisi digestio ē inchoata et vinum excitat calorē naturalem ad digerendum et ē facilis digestionis sicut et lac Jdō sicut extra sunt apta ad acetositatē similiter in stomacho faciliter acescunt·

¶ Duodecimo queritur · vtrū vinū cōfortet calorem naturalem plus q̄ cibus Dicendum scd̄m ysaac q̄ sic · et ē ratio quia facilius et velocius cōuertitur in calorem naturalē ip̄ȝ cōfortando q̄ cibus Sed cibus iā cōuersus plus restaurat deperditum et diutius cōfortat et cōseruat

¶ Ultimo queritur vtrū si vinum dādum sit infirmis plꝰ expediat vinū nouū q̄ vetus Dicēdum q̄ licet vulgus faciat oppositū et erret · salubrius tñ ē infirmis nouū q̄ vetꝰ

Et rō est quia vinum quātomagis ē nouum tāto minus in flatiuum ē ergo plus eis cōpetunt ꝙ antiquū

¶ De carnibus·

Ostea de carnibus ē videndum Et primo querit quare carnes validiores citius digerātur Dicen/dum sicut in saturnalibus ꝙ in homine calor naturalis est fortis qui resistentem materiā fortiter inuadit vt vnita ⁊ cō sumit Leuem vero ac teneram petit et citius in cinerem ꝙ succum cōuertit Sicut enī fortia ligna in carbonum frustra vertūtur · palee vero si in ignem ceciderint vix ex eis restat cinerē videre Sic potentior mola ampliora grana cōfrin/git et minora integra transmittit Uentus etiam minimus abietes et quercus euellit caminos vero faciliter non fran/git · Sic calor naturalis fortia digerit carnes vero teneras qñq͡ꝫ pertrāsit

¶ Secūdo q̄ritur · quare triture carniū sunt indigestibilio res Dicendum vt ibidem ꝙ leuitas quā tritura prestat fa/cit ꝙ innatet cibo humido quē in medio ventris inuenerit nec adheserit cuti stomachi · sicut ptꝫ quia ip̄m tritū mox in aquam ꝓiectum natat vñ in stomacho tardius coquitur

¶ Tertio q̄ritur · vtrū carnes asse vel elixe sunt humidio/res Dicendū ꝺm arestotelem q̄rto metheoroꝝ ꝙ asse In assis enim per calorem ignis partes exteriores crustātur ⁊ pori ꝑ cōsequēs claudūtur vt interior humor nō valeat ex sudare In elixis vero pori exteriores ꝑ calidum ⁊ humi/dum aque remolliūtur et aperiūtur vt vlterius humidū ex cuset Et iō carnes asse exterius vidētur sicciores · interius vero sunt humidiores · carnes vero elixe ecōuerso·

¶ Quarto queritur quare lumen lunare plus putrefacit carnes aiālium occisoruꝫ ꝙ sol· Dicendum ꝙ sicut videtur

ꝙ nulla putredo fit nisi calor et humor cōueniūt Secūdū
aūt putredo nihil aliud ē ꝙ defluctio quedam latens soli/
ditatē carnis in humorem cōuertens Calor si temperatus
sit et modicus nutrit humores Si nimius exsiccat et exte/
nuat · ergo de talibus carnibus sol vt calidior totū humi/
dum extrahit et eas exsiccat Lunare vero lumen in quo nō
manifestus ē calor sed occultus tepore aucto humore putre
facit maxime Quia nescio que proprietas est lunaris lumi
nis ꝙ humectat corpora et velut occulto rore madefacit·
Cui adiunctus color lunaris putrefacit carnem cui diutine
fuerit infusus·

¶ De ouis

Restat nunc aliqua in sequēti capitulo de ouis in/
quirere Et primo q̄ritur vtrum vitellus vł albu
men sit calidius Dicendum ꝙ inter oēs humores sanguis
ē calidior caliditate tēperata Quod ergo propinquius est
sanguini ē calidius · vitellus ē hmōi Preterea epar est ca/
lidius mamillis et sanguis lacte ʒ vitellus se habet vt san
guis in epate respectu albuminis ergo ꝛc̄·
¶ Secūdo queritur · quare vitellus in aqua positus des/
cendit · albumen vero supnatat Dicendū ꝙ albumen oui ē
multū viscosum et adherens illi cui adiūgitur· ideo ꝓpter
viscositatem in aqua supnatat· vitellus vero ꝓpter eꝰ den
sitatem descendit
¶ Tertio queritur quare oua iu auibus sunt maioris q̄ꝑ/
titatis et pauciora q̄ꝑ in piscibus Dicendū ꝙ magnitudo in
cōtinuo fit a forti calore · sed multitudo in discreto est ex p/
te materie· quia materia est principium diuisionis Et quia
volatilia plus habent de calore q̄ꝑ pisces iō oua magna ha
bent in cōtinuo et pauca in discreto · etcōuerso est in piscibus

¶ Quarto queritur quare in auibus oua sunt dure teste· in piscibus vero mollis Dicendum q pisces effundūt oua sua in loco humido idō non indigent dura testa· sed volatilia in loco duro et solido reponūt sua oua vt in terra· idō dura testa indigent ꝓpter prohibitionem cōtrarii et nociui do nec fetus ꝑueniat ad ꝑfectam formationē

¶ Quinto queritur quare oua in volatilibus sunt diuersi coloris in piscibus vero non Dicendū q quia in volatilibꝫ ē calor fortis qui pōt separare ea que sunt diuerse nature vt vitellum ab albumine In piscibus āt est calor debilis idō non pōt separare·

¶ Sexto q̄ritur quare in piscibus sunt oua rotunda · et in volatilibus oblonge figure Dicendū q calor mouet a centro et maxime ad figuram piramidalem quod pꝫ in flāmula ignis que tendit in conum et si lata sit in basi Et idō quia calor fortior est in volatilibus q̄ in piscibus ·oua volatilis sunt oblonga ·piscis rotūda quia calor debilis dispergitur in girum

¶ Septimo q̄ritur quid rūpat testam in exclusione pulli Dicendum q illius assignatur duplex rō · vna ē quia testa in cubatione cōtinua mollitur et subtiliatur ·sicut fit in aceto si sit in illo per nouem dies Alia ē ex ꝑte rūpentis · quia qn̄ deficit nutrimentum pullo requirit plus de nutrimento et sic perforat testam vt nutrimentum acquirat

¶ Octauo queritur · quare vitellus oui in pleno lumine ouati sordes lauat a pannis Dicendum q huiꝰ cā est ·quia gutta saginata in medio preuiaqꝫ generatione exn̄s calorēꝫ penetrātem et diuidentem maculas ex multo lumine lune tunc humidum mouente concipit quod in alio tempore facere nequit·

¶ Nono queritur · quare quedam oua in igne strepūt · quedam non Dicendum q illa strepunt in quibus ē magna vētositas a quibus cum testa finditur violenter exit ventositas cū magno impetu et strepitu Et hoc contingit qn̄ calor exterior ē fortis Vn̄ si ouū volatilis ponatur in medio ignis cito rūpitur testa et cū violentia et strepitu exit ventositas quod tñ non cōtingeret si ignis eēt minor Sed in ouis piscium maior ē ventositas pportionaliter · iō multū strepunt in igne vt ptz in allece

¶ De piscibus

Jā nūc alique questiūcule subiūgūtur de piscibus Et pmo querit Vtrum pisces comedant pullos pprios Dicendum q sic / tum quia sunt gulosi ppter frigiditatem stomachi · tum quia habent sensus obtusos ⁊ iō non discernunt pullos suos inter alienos et sunt auide gulositatis · et iō indifferēter transglutiūt pullos suos et alienos

¶ Secūdo queritur vtrum pisces masticent cibum Dicēdum q nō pmo quia si masticarent supflue ingrederetur aqua et faceret ad suffocationem et subuersionē ipoꝝ Secūdo quia sunt aīālia gulosa et auide rapiunt et nutrimentū suum indiuisum trāsglutiunt·

¶ Tertio queritur quare pluuia cōuenit piscibus et nocet auibus Dicēdum q piscibus maxime cōuenit aqua dulcis quia solum dulce nutrit · vnde pisces nutriūtur aqua commixta cū luto et argilla Aues vero viuunt in aere et volando querunt victum suum Penne aūt alarum earum a pluuia conglutinātur et sic impediuntur in volando Vel etiā potest dici q pluuia abundans nocet vtrisq3 quia incurrūt opilationes nutritiuorum membrorum propter dulcedinē

talis aque Quia dulcia secundum galienum opilant mem/
bra nutritiua

¶ Quarto queritur quare oua piscium in igne plus strepunt quam alia Dicendum quod quando ignis ita fortis est quod plus resoluit quam consumit tunc scindountur et rumpuntur oua in igne. vt etiam in castaneis patet. quando vero ignis est temperatus quod tantum consu/mit quantum resoluit tunc non scinduntur nec rumpuntur Et oua piscium faciunt strepitum propter ventositatem inclusam que exi/ens per foramen paruum facit sonum

¶ De leguminibus

Est hec etiam aliquid de leguminibus adiicien/dum est Et primo queritur. quare secundum galienum podagra maxime accidit comedentibus legumina Di/cendum quod quia sunt dura et ventosa et non facile digeruntur ideo propter indigestionem maxime conuertuntur ad flegma vnde precipue generatur flegma ex quo prouenit podagra licet per accidens.

¶ Secundo queritur quare fabe cum sint ventose per decoctionem suam ventositatem non amittant sicut ordeum Dicendum quod hoc est quia fabe de sui natura plus habent ventositatis quam orde/um Aut quia fabe grosse sunt substantie et compacte ordeum autem non Et ideo facilius ab eo remouetur ventositas quam a fa bis Unde dicit ysaac secundum galienum fabis coctis ven/tositatem auferre non possumus sed per fortem decoctionem minuimus

¶ Tertio queritur vtrum lentes condite cum aceto possint da ri in acutis Dicendum quod auicenna sentit quod sic Galienus ve/ro quod non Dicendum ergo quod lentes condite cum aceto in fe bre cum apostemate nullo modo conueniunt. quia mea/tus exasperant et restringunt et sic loquitur galienus. Sed

lentes condite in aceto ex cõtrarietate cõpetunt in febre sine apostemare et sic loquitur auicenna

De oleribus

Sequitur de oleribus vbi pmo querit quare caulis soluit ebrietatem Dicendũ sm arestotelem tertia parte pbleumatũ · quia succum dulcem facit et purgatiuam habet vtutem · vñ et medici in ipo clisterisant ventrem · vñ accidit ebriis ipo vtentibus euellere humida que sunt in ipis vinosa indigesta Ipo vero in superiori vẽtre derelicto incipit infrigidari corpus · infrigidato aũt humida subtilia cõuenit ferri in vesicam Quare vtrisqz humidis expulsis per corpus infrigidatum merito sine crapula fiet

Secũdo queritur quare portulaca soluit cõgelationem dentium Dicendũ sm arestotelem ibidẽ secũda pte · Quia humiditas portulace ingrediens sua viscositate extrahit acutum quod ẽ causa cõgelationis · similiter lac liquefaciens extrahit acuitatem ·

Tertio queritur quare allia ꝛ cepe quãto in sicciori plãtantur meliora fiunt · alibi vero deteriora Dicendũ vt ibidem pma parte Quia õnia talia sunt maxime humiditate plena bñ aũt tẽperata fiunt hoc mõ plantata et qnia minus putresiunt quare desiccãtur anteq̃ plãtentur ·

Quarto q̃ritur quare magis fetent allia vetera q̃ noua Dicendũ vt ibidem quia iuuenibꝫ multũ humidũ admixtum et extraneum aufert potentiam eoꝝ Qñ aũt maturantur segregato illo proprium habent odorem hic aũt naturaliter est acutus · similiter et alii fructus virides existentes aquosiores sunt

Quinto queritur quare ruta fetidos sudores facit Di/

cendum vt ibidem · quia in quorum odore est grauitas ꝛ acuitas hec cõmixta superfluis humiditatibus malum faciunt odorem Et ideo etiam vrina comedentium alliũ etiaꝫ fetet

¶ Sexto queritur · quare origanũ immissum musto dulce vinum facit Dicendum vt ibidem · quia aufert ea per q̃ austeritas fit · aqueam et ficulentam recipiens siccitatẽ in seipꝫ sicut si in sole ponãtur vue multo tẽpore · sol aufert aqueuꝫ humorem et reliqnũ digerit · idem facit origanũ calidum ꝛ siccum

¶ De fructibus

Einde de fructibus est aliquid subnectendũ Et pmo queritur cur comedentes ficus molles et dulces ledũtur in dentibus Dicẽdum ſm arestotelem xix· parte probleumatum · ꝙ propter viscositatem que aduenit linguis interdum per dentes et quia sunt molles putrefactionem faciunt velociter sicut calida excessiua · fortassis autem propter masticationem et earum duriciem dolent dẽtes velociter

¶ Secũdo queritur · quare comestio ficuũ generat pediculos Dicendum ꝙ quia fic⁹ sunt cito putribiles et corruptibiles habent ꝓprietatem educendi humores corruptos ad superficiem cutis et ex talibus humoribus pediculi generãtur · vñ dicit auicenna ꝙ ficus valent ad generandũ bonum colorem quia sanguinẽ educunt ad superficiem cutis ꝛ ita emendant colorem

¶ Tertio queritur · quare dulcibus fructibus satiamur citius q̃ꝫ acetosis Dicendum vt ibidem quia indigentia ẽ qñ amplius non habemus nutrimentum aut modicum Acetosa autem modicum nutrimentum habent superfluitatem autem multam merito ergo talia plus appetimus comede

re et non replemur ex eis scdm desiderium Dulcia vero oi/
nino sunt nutrimentum et a paruis talibus quis plus acci/
pit nutrimentum et non amplius pot comedere Ideo citi⁹
dulcibus satiamur.

¶ Quarto qritur quare vinu bibitum post putridos fruc/
tus amarum videtur Dicendum vt ibide. quia amaritudi
nem habet putredo talis qd igitur remanet in lingua mix/
tum potui et diffusum amarum facit potum.

¶ Quinto queritur cur post stiptica vt glades et hmoi vi
num videtur dulcius et potus Dicendu3 quia stipticis lin/
gua preparatur et pori aperiutur vt dulce magis transeat.
Etem res que tingutur pter hac causam pmo stipticis in
fundutur vt magis recipiant tinctura

¶ Sexto queritur quare pira secudum dyascoridem ieiu
nis sunt nociua Diceodum scdm ysaac de dietis libro secudo
q dyascorides intendit si pira sumatur a ieiunis sine necessi
tate sed secudum appetitu solu ad saturitatem sumatur pre
cipue si pontica sunt quia tunc colericam generant passione3
duram et incurabilem et ieiuni plus q saturi comedut Sa
turis at salubriora sunt ad stomachi percussionem et expul
sionem cotentiue vtutis inferioz Stiptica vero sunt subti
liora et temperatiora et magis nutriunt.

¶ De sale

Ue ratio diuersorum effectuum qui in sale repe/
riutur Dicendum bm albertu3 sup matr. cap. v.
Salis natura ex aqua generatur cum terra Quia ex quar
to metheoroz one quod liqtur frigido humido de genere
terre e quatum ad materiam Sic omne quod liquatur ca/
lido sicco de genere est aque sicut omnia genera metalloru
Terra aut mutatur in sal qn a feculentia lota est in humido

⁊ comburente calido ficco post eam coagulante exficcata ⁊ ideo sal terre ficcum ē per calidum in humido aquoso com/ bustum et iō vicinus est sapori amaro · quia amaritudo ei⁹ resultat agente calido comburente in terrestri ficco· Ex tali igitur natura ex calido est amarū et ficcū · et ex amaro mor tificatiuum est vermium et ex ficco exficcatiuum humidi pu trescentis · et sic impedit putrefactionem et per consequens impedit fetorem· Et quia inducit ficcitatem et humidi de/ structionem et intentionem ideo generationem impedit et terre fecūditatem · et quia acumen habet a calore adurente ideo acuit id cui ꝑmiscetur Et quia ficcitatem habet amarā ideo abhominabilem habet saporem et ꝓuocat sitim prop ter ficcitatem ꝓpter acumen tamen dissolutiuum est Et con mixtum saporibus aliis facit eos penetrare in lingua / et sic odit sapores alios Adhuc habet naturam que videtur mi rabilis quia per similitudinem quā habet extrahit aliquā do sal Et ideo pisces salsi et caro multum salsa posita in a/ qua recenti salsa efficiūtur minus salsa et citius extrahit sal ꝙ per aquam dulcem·

¶ Ultimo queritur quare sal proiectum in igne crepitat· Dicendum secūdum eūdem super q̄rto metheororū quia sal habet in terreo cōbusto admixtionem humoris · ideo ꝓ iectus sup ignem crepitat Quare sal preseruat a corruptio ne· vide supra Caro

¶ De melle·

Consequēter aliquid de melle dicendū est Utrum mel recens melius sit vetusto · Dicendum vt in sa turnalib ꝫ · ꝙ secus est de melle et de vino quia mel recentis simū / vinū vero vetustissimū est melius · Et ratio est quia vini natura est humida mellis arida Cui⁹ signū est in medi

cina Quia q̄ humectanda sunt vino fouentur que siccanda sunt melle detergūtur Ideo longinquitate tēporis in ambobus aliquid cōsumitur de vtroqꝫ et fit vinum meracius et mel aridius Et ita mel succo ꝓuatur.

¶ Queritur secūdo. quare si mel in vini vase ponatur feces ipius vini sursum eleuat cū tamē ꝑ appositionē quorū cūqꝫ aliorꝫ fex tanq̄ grauior locum inferiorem teneat Dicendum vt ibidē dicitur. quia fecis materia que vt spissa et terrena ceteris humoribus pondere prestat melle vincitur Mel enim grauitate naturali deorsum ad fundū decidit et fecem vt leuiorem sursum pellit

¶ De oleo

Equitur de oleo Et primo q̄ritur Quare oleum in supremo. vinū in medio. mel in ꝑmo meliꝰ reputatur Dicendum vt ibidem dicitur quia mel quod optimū est / reliquo ponderosiꝰ est In vase ergo mellis quod in ꝑmo est melius ē In vase vero vini pars inferior a mixtione vini non turbulenta Sed deterior est pars summa aeri vicina corrumpitur enim eius admixtione Vñ agricole non contenti tecto dolia cooperiunt et defodiunt et ab extrinsecis muniunt remouentes a vino quantū possunt aeris contagionem a quo manifeste sic leditur q̄ in vase pleno vix conseruetur Et ideo vinum in medio vasis aeri minus propinquū est et ab vtraqꝫ noxa remotiꝰ et īdo meliꝰ reputat᷑.

¶ Secūdo queritur. q̄re oleum in vase semipleno diu tentū emendatur Dicendum vt ibidem dicitur q̄ aer intrat in vacuū et superfluū humorem exsiccat oleum siccatū illo humore qui in eo latuit absterso acquirit nouam suauitatem saporis

¶ Tertio queritur quare oleum cōgelatur · vinum raro· Dicendum vt ibidem in oleo causa cōgelationis ē quia le/nigatius et spissus ē faciliora ad coeundū videntur que le/nigatiora sunt et densiora Uino āt nō contingit tāta molli cieu et ē multo oleo liquidius ergo ꝛc· Quare acetum cum sit frigidissimū non cōgeletur cū tamen frigidiora gelu faci/lius cogātur Dicendum vt ibidē · quia acetum ē liquidius inter ceteros humores et tāto acerbius nec sic acute tristifi/cum exemplo marine aque · ipa quoqꝫ amaritudine sua re spersa nunq̄ꝑ gelu cōtrahit ·

¶ Cur piper et sinape si apposita fuerint cuti exterius vul nerent et loca perforent Comesta vero stomacho minimā inferunt lesionem Dicendū vt ibidem dicitur qꝫ spēs acres superficiem cui superponūtur exulcerant quia integra vir/tute sua sine alterius rei admixtione vertūtur ad noxā Sꝫ si in ventrem recipiātur soluitur eoꝝ vis ventralis humo/ris alluuione vt prius ꝯtantur in succum calore vētris · q̄ꝑ integra possint nocere

¶ Expliciunt questiones naturales philosophorum·

Leaf k6 (blank) missing

54 (blank) missing

